

213
destinis aspectis: quorum auctoritate, postularunt
à fratribus orthodoxis fraternitatem; isti vero fortiter
recusarunt. Acta ad me misit synodus Lublinensis, cui
nuper postridie natalis Domini respondi. Verba se-
quitur verbumque ille Vorstius in omnes formas, et
album nigrum quotidie vobis occinat, mihi qui homi-
nem novi, non imponet; spero etiam, quod non vo-
bis et Ecclesie. Dominum autem precor ex ani-
mo, ut si est sanabilis, det ei mentem et linguam
rectam, rotundam. Tibi vero et ministerio tuo
benedicat. Fratres ex me saluta plurimum. Vale
Heidelbergae sub Martij ibid.

D. Jacobo Ad. Portum S. Theologiae in
Illustri Bernensium Gymnasio, quod
est Lausanae Professore

155.

D. Carolo

S. Litteras Tuas, Vir clarissime, frater honorande,
mihi et D. Quirino inscriptas, accepi quidem per
vestratos mercatores, post Paschales ferias Fran-
cofurti hinc transeuntes. Sed festinantibus ipsis re-
spondere illico non licuit, tum quod D. Quirinus paulo
ante migrasset ad Dominum, tum quod illi exem-
pla duo defensionis tuae Osterodiana, de qua iudi-
cium nostrum flagitabas, Francofurti reliquissent;
quae ubi post mensem demum per D. Samerarium
Consiliarium Electoralem accepissem, cum alterum
pii viri D. Quirini non reciperent, nulli rectius
existimavi id reddi posse, quam filio meo primo-
genito, qui forte mihi tunc aderat, Magistro Philippo
Carolo, Aectori Neostadiano, in studiis huma-
nioribus atque Theologicis sic mediocriter versato,
ut tamquam meam aliquando cum honore excepturum
videatur. Veniam autem tuam in hoc facillè mihi
pondeo. Alterum dum à compactore reciperem,

aliquid etiam temporis abit. Legi tandem et perlegi
diligenter. Etsi verò antehac s. quod ex commentariis
meo ad Romanos cognoscere potuisti, sed dubitaverim
consultum ne foret, certamina Samosatensiana Eule-
sias nostris innotescere: postea tamen aliam prom-
plexus sum sententiam, non posse Orthodoxos Doctores
res diutius stertere, quin deserta veritatis culpa
incurrant, quosquod blasphemia isthuc portenta ad
Eclesiam cervicibus depellere, pro virili non laborant.
Nex enim illa intra diffitos lineas sine Samosatensiana
se amplius continent, sed sensim ad nostrarum
Eclesiarum usque promerita radios proferunt: eumque
ex duabus potissimum heresibus consistit, Pelagianam
et Samosatensianam, video assertores illarum operas
consulto nunc inter se distribuisse, ut alii quidem
utranque rotundo ore tueantur, quod scilicet Ortho-
rodus tuus, eisque hyperaspistes Smalcicus nunc
facit in Polonia, ubi et patronos invenerunt Do-
neos, et homines ad blasphemia dogmata non am-
plius stupentes. Alii verò misis adhuc controver-
sis Samosatensibus, utpote plus offensivis, satis
habeant, capita doctrinae Orthodoxae, gratiam
dei et salutem nostram propius attingentia, de peccato
originis, de predestinatione, de gratia et libero
arbitrio, fide, justificatione, morte Christi, utriusque
modi et perseverantia factorum etc. convellentes
opinionem Pelagianam et selestianam humana rati-
oni plausibiles, auribus politicorum et plebeiorum
instillare, et moderatius quoddam Theologiae genus
Eclesiis polliceri. Quo obtinente, vel tolerato, jam
ad reliqua illa nullo negotio superstruenda sibi viam
stratam paratam intelligunt. Video pro foribus
miserabilem ruinam et noctem tenebrarum
quae Eccl.

317
que Ecclesiam obruent iusto Dei iudicio. Pax disturbata
vitiis omne genus iniecit, luxum, superbiam,
invidiam, lasciviam. Prurient ingenia doctorum
ad vanam ostentationem, iurgia, contentiones
libes. Vix deus in caelo esse amplius sine disputa-
tione creditur; nihil sacrum, nihil sanctum in
fide a Majoribus accepta. Clamat quisque in homi-
num verba jurandum non esse, neque ut in infini-
tum disputetur, ἀκατάλυτα Pyrrhonica invehatur.
Interim in sua iri voluit, quasi homines ipsi non
essent. At miror, inquis, vehementissimè schis-
mata et dissidia illa communi Theologorum omni-
um consensu et viribus conjunctis maturè non op-
primi atque extinguere. Ita quidem factum oportuit.
Sed quid facerent Theologi ἄρα παραπροβείας,
dum Magistratus cessant, quorum auctoritate
illi circumscribuntur? Multi etiam putant, satius
esse, si alienam litem suam non faciant. In tanta
ἀταξία quid superest, nisi ut primum quidem deo
P. M. et Domino nostro ad dextram eius regnant.
assiduis precibus lacera Ecclesiam conedemus, ut
ipse salutaria vulneribus nostris remedia admoveat;
Principes pios et fortes suscitet, qui se ruinis oppo-
nant, sibi, ad posteritatem reliquias inter nos ser-
vet, a quibus rectè agnoscatur, invocetur et colatur.
Deinde verò nos suo quisque loco depositum acceptum
sincerè servare, asserere, tueri studeamus; ut fides
Orthodoxa Majorum pietate, labore, sanguine, porta
ad posteros sincerè transmittatur. At in hoc quidem
studio spero me, haecenus non indiligenter esse ser-
vatum, nihilque magis in votis habeo, nisi ut in
eodem porro ^{conservare} ~~conservare~~ detur. Te quoque, ut ad
defensionem tuam veniam, eandem tabulam
quod dicitur, mecum prehendere, et sincera fidei
preclarisque ingenii tui immortale documentum

apud Eulexiam deponere voluisse, est cur tibi gratulor
Eulexia gaudeam. Placet tua disputandi ratio, perspicua
solida, placida, nullo aculeo molesta, aut felle finita
ut non minus argumentorum pondere, lectores docere
in orthodoxâ fide confirmare, quam rationum
momentis adversarios, nisi propatiti esse velint, inter
convincere, et firmitus unitate in viam revocare
possit. Perge igitur, mi frater, donum, quod in te
existare, et pro tuendâ orthodoxâ fide, ubertim in
fœnori Eulexia locare, sicq; fidelis seni mercede
coronam vite immarcescibilem à Domino expecta.
Vides quam copiose ego ad breves tuas. Mora
igitur prolixitate pensatam esse cogitabis. Vale
Heidelbergo a. d. 4. Nonas Jul. anno 1613.

156.

Car. Davidi Pareo Johannes Beronius, Frisius.
S. P. Parisina Vir, Dñe Honorande. Quod scribere
ad te homo plane tibi ignotus, haud erubui, scit scilicet
mihi deprodicata ab alijs humanitas tua, et meus in
te affectus, ex tuarum lucubrationum quaticumq; lecti-
one pridem conceptus. ut tamen quis sim, propius
noscat, cum ex Dño Abrahamo Sculteto, tum imprimis
ex Dño Henrico Altingio vestro, de me perquisi-
res. De illo enim nihil ut dicam, huic jam dudum
ut populari innotui, ex familiari consuetudine,
quam cum parente ejus optimo, D. Henrico Altingio,
per annos complures colui. Nunc quidem Wesalia
me habet ministrum: sed antehac per annos id. Gro-
ninga nostra me fovit: postquam in Frisia Ori-
entali, patria mea per annos complures Eulexia
insevissem. Sola spes juvanda Eulexia Christi in
hæc oras me pertraxit, sperantem amplissimam
queq; de laudatissimo Principe nostro juniore Brand-
burgico, quando ob regimini politici ^{nequitiam} ~~negligentiam~~
Groningha flavescere, incolumitas Eulexia videtur.
Atq; nec